



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quando cadit sanguis Christi. c. 63

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De defectibus in missa occurrentibus

fuerit, 30. dies peniteat. De penitentia vide in sequenti capitulo.

Quando cadit sanguis Christi. Cap. 63.

Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super tabulam, que terre adhaereat, lingua labatur, et tabula radat. Sed si non fuerit tabula locus ipse radatur et comburatur: Cinis vero iuxta altare recodatur: et sacerdos 40. diebus peniteat. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam: et tribus diebus peniteat. Si super linteam altaris et ad aliud linteam pervenerit stilla, quatuor diebus peniteat sacerdos. Si usque ad tertium pervenerit, 9. diebus peniteat. Si usque ad quartum, 20. diebus peniteat. Predictis autem diebus debet sacerdos ieiunare, et a comestione cessare: peccatis tamen additionibus negotii et psonae, potest minui vel augeri ad partem predictam. **Hec S. Th.** Et idem intelligendum est in seq. cap. et abluantur tribus vicibus linteamina, que stillam tetigerunt, calice supposito: et aqua ablutionis iuxta altare datur. de cons. 2. si per negligentiam. Potest tamen a sacerdote: nisi pro horrorem dimittatur: ut ponit S. Th. Et cautum est, ut pars illa lintei, siue pallii, post ablutionem ascindat et comburatur: et cinis in altari condatur. **Hec S. Th.**

De vomitu sacramenti. Cap. 64.

Si quis eucharistiam evomuerit, si sit laicus, et per ebrietatem vel voracitatem evomuerit, 40. diebus peniteat. Clerici vero et monachi, presbyteri, diaconi, et subdiaconi, 70. diebus peniteant. Episcopus autem 90. Si vero causa infirmitatis evomuerit, 7. diebus peniteat. de consec. dist. 2. cap. Si quis per ebrietatem. Et debet vomitus cremari, et cinis iuxta altare recondi: ut supra dictum est. **Hoc tamen observandum, quod ubicumque species integre interveniant, sunt reverenter conservandae et sumendae: quod remanentibus speciebus, remanet ibi corpus Christi.** **Hec S. Th.**

De musca, vel aranea, vel veneno mistis cum sanguine Christi. Cap. 65.

Si musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit, si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit, debet calix ablui, et aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenierit, debet animal caute capi, et diligenter lavari et comburi, et ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibi demerit